

The Digital *Compendium moralium notabilium* Project
(<http://compendium-project.wlu.ca>)

80 quotations attributed to Lucanus in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 1, Rubrica 24: De vanitate mundi et hominis et humanorum bonorum (fol.9ra)

Lucanus libro 4. **Felix qui potuit mundi vitare ruinam.**

felix qui potuit mundi nutante ruina / quo iaceat iam scire loco.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.103, ll.393-394).

Pars 1, Liber 1, Rubrica 42: De falsis opinionibus contrariis christiane religionis cognoscendis et damnandis in libris vsualibus christianorum (fol.14va)

Lucanus libro 5. **Nunquam sic cura deorum / Se premet vt nostre morti nostreque saluti / Fata vacent.**¹ Libro 6. **Preceps agit omnia fatum. / Nec medii dirimunt morbi vitamque necemque. / Sed cum morte venit languor.**²

1. numquam sic cura deorum / se premet, ut uestrae morti uestraeque saluti / fata uacent: procerum motus haec cuncta secuntur; / humanum paucis uiuit genus.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 5 (A.E. Housman ed., 1958, pp.132-3, ll.340-343).

2. iam magis atque magis praeceps agit omnia fatum, / nec medii dirimunt morbi uitamque necemque, / sed languor cum morte uenit; turbaque cadentum / aucta lues, dum mixta iacent incondita uiuis / corpora; nam miseros ultra tentoria ciues / spargere funus erat.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 6 (A.E. Housman ed., 1958, pp.154-5, ll.98-103).

Pars 1, Liber 2, Rubrica 3: De virtutibus et vitiis (fol.16va)

Lucanus libro i. **Mores rebus cessere secundis.**¹ Libro 8. **Uirtus et summa potestas non coeunt.**²

1. namque, ut opes nimias mundo fortuna subacto / intulit et rebus mores cessere secundis / praedaque et hostiles luxum suasere rapinae, / non auro tectisque modus, mensasque priores / aspernata fames; cultus gestare decoros / uix nuribus rapuere mares; fecunda uirorum / paupertas fugitur totoque accersitur orbe / quo gens quaeque perit; tum longos iungere fines / agrorum, et quondam duro sulcata Camilli / uomere et antiquos Curiorum passa ligones / longa sub ignotis extendere rura colonis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.7, ll.160-170).

2. uirtus et summa potestas / non coeunt; semper metuet quem saeua pudebunt.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.240, ll.494-495).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 5: De iniuria seu contumelia et offensione (fol.27rb)

Lucanus libro 8. **Ius et fas multos faciunt tolomee nocentes.**

sed melior suadere malis et nosse tyrannos / ausus Pompeium leto damnare Pothinus /
'ius et fas multos faciunt, Ptolemaee, nocentes; / dat poenas laudata fides, cum sustinet'
inquit / 'quos fortuna premit.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.239, ll.482-486).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 11: De necessitate (fol.28vb)

Lucanus libro 4. **Cupias quodcumque necesse est.**

cupias quodcumque necesse est.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.106, l.487).

Pars 2, Liber 1, Rubrica 14: De iustitie naturalis iudicio (fol.30va)

Lucanus libro 8. **Facere omnia seue: Non impune licet.**

facere omnia saeue / non impune licet, nisi cum facis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.240, ll.492-493).

Pars 2, Liber 2, Rubrica 2: De fide seu fidelitate et infidelitate seu perfidia (fol.31vb)

Lucanus libro i. **Nulla fides regni sociis: omnisque potestas / Impatiens consortis erit.**¹ Libro 10. et finali. **Nulla fides pietasque iuris qui castra sequuntur. / Uenalesque manus: ibi fas vbi maxima merces.**²

1. dum terra fretum terramque leuabit / aer et longi uoluent Titana labores / noxque diem caelo totidem per signa sequetur, nulla fides regni sociis, omnisque potestas / inpatiens consortis erit.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.4, ll.89-93).

2. nulla fides pietasque uiris qui castra secuntur, / uenalesque manus; ibi fas ubi proxima merces: / aere merent paruo, iugulumque in Caesaris ire / non sibi dant.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 10 (A.E. Housman ed., 1958, pp.318-19, ll.407-410).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 2: De pietate (fol.36vb)

Lucanus libro 8. **Exeat aula / Qui vult esse pius.**

exeat aula / qui uolt esse pius.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.240, ll.493-494).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 11: De acquirendis amicis (fol.41va)

Lucanus libro 8. **Cole felices: miseros fuge.**¹ / **Aduersis non deesse decet: sed leta secutos: / Nulla fides vnquam miseros eligit amicos.**²

1. fatis accede deisque, / et cole felices, miseros fuge.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.239, ll.486-487).

2. aduersis non desse decet, sed laeta secutos: / nulla fides unquam miseros elegit amicos.'

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.241, ll.534-535).

Pars 2, Liber 3, Rubrica 14: De amicorum constantia et inconstantia (fol.42va)

Lucanus libro 8. **Dat penas laudata fides cum sustinet inquit: / Quos fortuna premit.**¹ / **Aduersis non deesse decet.**²

1. sed melior suadere malis et nosse tyrannos / ausus Pompeium leto damnare Pothinus / 'ius et fas multos faciunt, Ptolemaee, nocentes; / dat poenas laudata fides, cum sustinet' inquit / 'quos fortuna premit.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.239, ll.482-486).

2. aduersis non desse decet, sed laeta secutos: / nulla fides unquam miseros elegit amicos.'

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.241, ll.534-535).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 2: De inuidia: zelo et nemessatione (fol.43va)

Lucanus libro 4. **Abscidit nostre multum sors inuida laudi.**

abscidit nostrae multum fors inuida laudi, / quod non cum senibus capti natisque
tenemur.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.107, ll.503-504).

Pars 2, Liber 4, Rubrica 10: De seditionibus ciuium (fol.45vb)

Lucanus libro 2. **Summum brute nefas ciuilia bella fatemur.**

'summum, Brute, nefas ciuilia bella fatemur, / sed quo fata trahunt uirtus secura sequetur.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 2 (A.E. Housman ed., 1958, p.41, ll.286-287).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 2: De populo (fol.53va)

Lucanus libro 3. **Nescit plebs ieiunia timere.**¹ / **Damna mouent populos si quos sua iura tumentur.** / **Non sibi sed domino grauis est que seruit egestas.**²

1. namque adserit urbes / sola fames, emiturque metus, cum segne potentes / uolgens alunt:
nescit plebes ieiuna timere.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.61, ll.56-58).

2. damna mouent populos si quos sua iura tumentur: / non sibi sed domino grauis est quae seruit egestas.[?]

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.64, ll.151-152).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 3: De principibus: ducibus et regibus (fol.54va)

Lucanus libro 8. **Nil pudet assuetis sceptris mitissima sors est. / Regnorum sub rege nouo.**

ne iura fidemque / respectumque deum ueteri speraueris aula; / nil pudet aduetos
sceptris: mitissima sors est / regnorum sub rege nouo.'

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.238, ll.450-453).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 15: De vulgari seu famosa asseueratione (fol.58vb)

Lucanus libro i. **Innumeras soluit falsa preconia linguas.**

uana quoque ad ueros accessit fama timores / inrupitque animos populi clademque
futuram / intulit et uelox properantis nuntia belli / innumeras soluit falsa in praeconia
linguas.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.20, ll.469-472).

Pars 2, Liber 6, Rubrica 19: De seueritate seu rigore et crudelitate seu seuitia (fol.60rb)

Lucanus libro 8. **Facere omnia saeue / Non impune licet.**

facere omnia saeue / non impune licet, nisi cum facis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.240, ll.492-493).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 1: De vtilitate seu proficuo (fol.71rb)

Lucanus libro 8. **Dat penas laudata fides cum sustinet inquit: / Quos fortuna premit. / Cole felices: miseros fuge.**¹ **Aduersis non deesse decet: sed leta secutos. / Nulla fides vnquam miseros eligit amicos.**²

1. sed melior suadere malis et nosse tyrannos / ausus Pompeium leto damnare Pothinus / ‘ius et fas multos faciunt, Ptolemaee, nocentes; / dat poenas laudata fides, cum sustinet’ inquit / ‘quos fortuna premit. fatis accede deisque, / et cole felices, miseros fuge.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.239, ll.482-487).

2. aduersis non desse decet, sed leta secutos: / nulla fides vnquam miseros eligit amicos.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.241, ll.534-535).

Pars 3, Liber 4, Rubrica 8: De labore oportuno et torpore seu mollitie (fol.73vb)

Lucanus libro 4. **Uariam semper dant oia mentem.**

campum miles descendat in aequum / dum meus est; uariam semper dant otia mentem.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.114, ll.703-704).

Pars 3, Liber 6, Rubrica 17: De electis loquutionibus significantibus miserabilitatem (fol.83va)

Lucanus libro 2. **Excessit medicina modum nimiumque secuta est.**¹ Libro 9. **Sola potest libie turba prestare malorum.**²

1. ille quod exiguum restabat sanguinis urbi / hausit; dumque nimis iam putria membra recidit / excessit medicina modum, nimiumque secuta est, / qua morbi duxere, manus.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 2 (A.E. Housman ed., 1958, p.36, ll.140-143).

2. sola potest Libye turba praestare malorum / ut deceat fugisse viros.?’

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 9 (A.E. Housman ed., 1958, p.271, ll.405-406).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.87vb)

Lucanus libro i. **Tolle moras semper nocuit differre paratis.**

dum trepidant nullo firmatae robore partes, / tolle moras: semper nocuit differre paratis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.12, ll.280-281).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88rb)

Lucanus libro i. **Tolle moras: semper nocuit differre paratis.**

dum trepidant nullo firmatae robore partes, / tolle moras: semper nocuit differre paratis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.12, ll.280-281).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 9: De serotinis et tempestiuis (fol.88vb)

Lucanus libro i. **Tolle moras semper nocuit differre paratis.**

dum trepidant nullo firmatae robore partes, / tolle moras: semper nocuit differre paratis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.12, ll.280-281).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 2: De paupertatis proficuo et molestia ac illaudatione diuitiarum (fol.90va-vb)

Lucanus libro 3. **Certamen mouistis opes:**¹ / **Paucis ad exhauste spoliium non cogit egestas.**²

Libro 4. **O prodiga rerum / Luxuries: nunquam paruo contenta paratu. / Et quesitorum pelago terraque ciborum / Ambitiosa fames: et laute gloria mense / Discite quod paruo liceat producere vitam. / Et quantum natura petat.**³ / **Perdita tunc vrbi nocuerunt secula postquam / Ambitus et luxus et opum metuenda facultas / Transuerso mentem dubiam torrentem tulerunt.**⁴ Libro 5. **O uite tuta facultas / Pauperis.**⁵ Libro 8. **Dominis mundi securius euum / Uerus pauper agit.**⁶

1. tamen exit in iram, / uiribus an possint obsistere iura, per unum / Libertas experta uirum; pugnaeque Metellus, / ut uidet ingenti Saturnia templa reuelli / mole, rapit gressus et Caesaris agmina rumpens / ante fores nondum reseratae constitit aedis / (usque adeo solus ferrum mortemque timere / auri nescit amor, pereunt discrimine nullo / amissae leges set, pars uilissima rerum, / certamen mouistis, opes), prohibensque rapina / uictorem clara testatur uoce tribunus.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.63, ll.112-122).

2. pacis ad exutae spoliium non cogit egestas: / bellum, Caesar, habes.?’

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.64, ll.132-133).

3. o prodiga rerum / luxuries numquam paruo contenta paratis / et quaesitorum terra pelagoque ciborum / ambitiosa fames et laetae gloria mensae, / discite quam paruo liceat producere uitam / et quantum natura petat.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.102, ll.373-378).

4. haut alium tanta ciuem tulit indole Roma / aut cui plus leges deberent recta sequenti; / perdita tunc urbi nocuerunt saecula, postquam / ambitus et luxus et opum metuenda facultas / transuerso mentem dubiam torrente tulerunt, momentumque fuit mutatus Curio rerum / Gallorum captus spoliis et Caesaris auro.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.118, ll.814-820).

5. o uitae tuta facultas / pauperis angustique lares!

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 5 (A.E. Housman ed., 1958, p.140, ll.527-528).

6. in dubiis tutum est inopem simulare tyranno; / quanto igitur mundi dominis securius aeuum / uerus pauper agit!

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.230, ll.241-243).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 3: De lucro et acquisitione diuitiarum (fol.91va)

Lucanus libro i. **Paupertas fugitur: totoque accersitur orbe.**

namque, ut opes nimias mundo fortuna subacto / intulit et rebus mores cessere secundis /
praedaque et hostiles luxum suasere rapinae, / non auro tectisque modus, mensasque
prios / aspernata fames; cultus gestare decoros / uix nuribus rapuere mares; fecunda
uirorum / paupertas fugitur totoque accersitur orbe / quo gens quaeque perit; tum longos
iungere fines / agrorum, et quondam duro sulcata Camilli / uomere et antiquos Curiorum
passa ligones / longa sub ignotis extendere rura colonis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.7, ll.160-170).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 6: De rebus propriis communibus et alienis (fol.92rb)

Lucanus libro i. **Nulla fides regni sociis omnisque potestas / Impatiens consortis erit.**

dum terra fretum terramque leuabit / aer et longi uoluent Titana labores / noxque diem
caelo totidem per signa sequetur, / nulla fides regni sociis, omnisque potestas / inpatiens
consortis erit.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.4, ll.89-93).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 9: De damno et amissione diuitiarum (fol.92vb)

Lucanus libro 3. **Dampna mouent populos si quos sua iura tuentur.**

damna mouent populos si quos sua iura tuentur: / non sibi sed domino grauis est quae seruit egestas.’

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.64, ll.151-152).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.94va)

Lucanus libro 3. **Ferram mortemque timere / Auri nescit amor.**

tamen exit in iram, / uiribus an possint obsistere iura, per unum / Libertas experta uirum;
pugnaxque Metellus, / ut uidet ingenti Saturnia templa reuelli / mole, rapit gressus et
Caesaris agmina rumpens / ante fores nondum reseratae constitit aedis / (usque adeo solus
ferrum mortemque timere / auri nescit amor, pereunt discrimine nullo / amissae leges set,
pars uilissima rerum, / certamen mouistis, opes), prohibensque rapina / uictorem clara
testatur uoce tribunus.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.63, ll.112-122).

Pars 4, Liber 3, Rubrica 2: De imperio et potestate et dominatione priuatorum (fol.97ra)

Lucanus libro i. circa principio in 2. charta. **Nulla fides regni sociis: omnisque potestas. / Impatiens consortis erit.**¹ Libro 8. **Uirtus et summa potestas / Non coeunt.**²

1. dum terra fretum terramque leuabit / aer et longi uoluent Titana labores / noxque diem caelo totidem per signa sequetur, nulla fides regni sociis, omnisque potestas / inpatiens consortis erit.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.4, ll.89-93).

2. uirtus et summa potestas / non coeunt; semper metuet quem saeua pudebunt.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.240, ll.494-495).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 15: De fame siti seu ieiunio morali consideratione (fol.108rb)

Lucanus libro 3. Nescit plebs ieiunia timere.

namque adserit urbes / sola fames, emiturque metus, cum segne potentes / uolgens alunt:
nescit plebs ieiunia timere.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.61, ll.56-58).

Pars 4, Liber 4, Rubrica 16: De saturitate crapula et ebrietate (fol.109ra)

Lucanus libro 4. **O prodiga rerum. / Luxuries nunquam paruo contenta paratu. / Et
quesitorum terra pelagoque ciborum / Ambitiosa fames: et late gloria mense. / Discite
quam paruo liceat producere vitam: / Et quantum natura petat.**

o prodiga rerum / luxuries numquam paruo contenta paratis / et quaesitorum terra
pelagoque ciborum / ambitiosa fames et lautae gloria mensae, / discite quam paruo liceat
producere uitam / et quantum natura petat.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.102, ll.373-378).

Pars 4, Liber 5, Rubrica 10: De molestia et damno amoris venerei (fol.113va)

Lucanus libro 5. **Heu quantum mentes dominatur in equas / Iusta venus: dubium
trepidumque ad prelia magne: / Te quoque fecit amor.**

heu, quantum mentes dominatur in aequas / iusta Venus! dubium trepidumque ad
proelia, Magne, / te quoque fecit amor; quod nolles stare sub ictu / fortunae quo mundus
erat Romanaque fata, / coniunx sola fuit.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 5 (A.E. Housman ed., 1958, p.147, ll.727-731).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 6: De mutua dilectione et fide mariti et vxoris (fol.115va)

Lucanus libro 8. **Ultima debet / Esse fides lugere virum.**

deformis adhuc uiuente marito / summus et augeri uetitus dolor: ultima debet / esse fides
lugere uirum.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, pp.224-5, ll.81-83).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 1: De fortitudine animi (fol.117va)

Lucanus poeta libro 4. **Cupias quodcumque necesse est.**¹ Libro 7. **Fortissimus ille est / Qui promptus metuenda pati: si cominus instent / Et differre potest.**²

1. cupias quodcumque necesse est.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.106, l.487).

2. fortissimus ille est / qui, promptus metuenda pati, si cominus instent, / et differre potest.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 7 (A.E. Housman ed., 1958, pp.189-90, ll.105-107).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 2: De patientia et impatientia (fol.118ra)

Lucanus libro 9. **Gaudet patientia duris.**

serpens, sitis, ardor harenae / dulcia uirtuti; gaudet patientia duris; / laetius est, quotiens magno sibi constat, honestum.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 9 (A.E. Housman ed., 1958, p.271, ll.402-404).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 5: De spe et desperatione (fol.119vb)

Lucanus libro i. **Spes saltem trepidas mentes leuat.**

tum, nequa futuri / spes saltem trepidas mentes leuet, addita fati / peioris manifesta fides,
superique minaces / prodigiis terras inplerunt, aethera, pontum.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.22, ll.522-525).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 6: De magnanimitate et magnificentia et pusillanimitate (fol.120rb)

Lucanus libro 2. **Cesariana furens nullas nisi sanguine fuso / Gaudet habere vias: quod non terra hoste vacantes / Hesperie fines: vacuosque irrumpat in agros. / Atque ipsum non perdat iter: consertaque bellis / Bella gerat: non tam portas intrare patentis: / Quam fregisse iuuat: nec tam patiente colono / Arua premi: quam si ferro populetur et igni. / Concessa pudet ire uia: ciuemque videri.**

Caesar in arma furens nullas nisi sanguine fuso / gaudet habere vias, quod non terat hoste uacantis / Hesperiae fines uacuosque irrumpat in agros / atque ipsum non perdat iter consertaque bellis / bella gerat. / non tam portas intrare patentis / quam fregisse iuuat, nec tam patiente colono / arua premi quam si ferro populetur et igni. / concessa pudet ire uia ciuemque uideri.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 2 (A.E. Housman ed., 1958, p.47, ll.439-446).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 7: De mansuetudine ira et furore (fol.121vb)

Lucanus libro 4. **Timeatque surentes. / Et morti faciles animos.**¹ Libro 7. **Frenosque furentibus ira. / Laxat.**²

1. indomitos sciat esse uiros timeatque furentis / et morti faciles animos et gaudeat hostis / non plures haesisse rates.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.107, ll.505-507).

2. sic fatur et arma / permittit populis frenosque furentibus ira / laxat et ut uictus uiolento nauita Coro / dat regimen uentis ignauumque arte relictis / puppis onus trahitur.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 7 (A.E. Housman ed., 1958, p.190, ll.123-127).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 10: De timore (fol.124ra-rb)

Lucanus libro 3. **Non satis est muris latebras quesisse pauoris.**¹ Libro. **Timeatque furentes / Et mortis faciles animos.**² Libro 5. **Sola tibi causa est hec iusta timoris. / Uectorem non nosse tuum.**³ Libro 6. **Degeneres trepidant animi peioraque versant.**⁴ / **Mens dubiis percussa pauet: rursusque parata est. / Ceteros ferre metus.**⁵ Libro 8. **Semper metuet quem seua pudebunt.**⁶

1. nam prior e campis ut conspicit amne soluto / rumpi Caesar iter calida proclamat ab ira / 'non satis est muris latebras quaesisse pauori'

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 2 (A.E. Housman ed., 1958, pp.48-9, ll.492-4).

2. indomitos sciat esse uiros timeatque furentis / et morti faciles animos et gaudeat hostis / non plures haesisse rates.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.107, ll.505-507).

3. sola tibi causa est haec iusta timoris, / uectorem non nosse tuum, quem numina numquam / destituunt, de quo male tunc fortuna meretur / cum post uota uenit.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 5 (A.E. Housman ed., 1958, p.142, ll.580-583).

4. degeneres trepidant animi peioraque uersant; / ad dubios pauci praesumpto robore casus / spemque metumque ferunt.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 6 (A.E. Housman ed., 1958, p.167, ll.417-419).

5. mens dubiis percussa pauet rursusque parata est / certos ferre metus: hoc casibus eripe iuris, / ne subiti caecique ruant.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 6 (A.E. Housman ed., 1958, p.175, ll.596-598).

6. uirtus et summa potestas / non coeunt; semper metuet quem saeua pudebunt.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.240, ll.494-495).

Pars 5, Liber 1, Rubrica 11: De audacia (fol.124vb)

Lucanus libro 3. **Nescit plebs ieiunia timere.**¹ Libro 6. **Ad dubios pauci presumpto robore: casus / Spemque metusque ferunt.**²

1. namque adserit urbes / sola fames, emiturque metus, cum segne potentes / uolgens alunt:
nescit plebes ieiuna timere.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.61, ll.56-58).

2. degeneres trepidant animi peioraque uersant; / ad dubios pauci praesumpto robore casus / spemque metumque ferunt.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 6 (A.E. Housman ed., 1958, p.167, ll.417-418).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 1: Unde oriuntur bella (fol.125rb)

Lucanus libro 3. **Certamen mouistis opes.**

tamen exit in iram, / uiribus an possint obsistere iura, per unum / Libertas experta uirum;
pugnaxque Metellus, / ut uidet ingenti Saturnia templa reuelli / mole, rapit gressus et
Caesaris agmina rumpens / ante fores nondum reseratae constitit aedis / (usque adeo solus
ferrum mortemque timere / auri nescit amor, pereunt discrimine nullo / amissae leges set,
pars uilissima rerum, / certamen mouistis, opes), prohibensque rapina / uictorem clara
testatur uoce tribunus.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.63, ll.112-122).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 2: De iustis causis assumendi bellum (fol.125rb)

Lucanus libro 7. **Nulla manus belli mutato iudice pura est.**

si pro me patriam ferro flammisque petistis, / nunc pugnate truces gladioque exsoluite
culpam: / nulla manus, belli mutato iudice, pura est.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 7 (A.E. Housman ed., 1958, p.196, ll.261-263).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 3: De belli pressura periculo et euentu (fol.125va)

Lucanus libro 7. **Fuge proelia dira.**

fuge proelia dira / ac testare deos nullum, qui perstet in armis, / iam tibi, Magne, mori.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 7 (A.E. Housman ed., 1958, p.214, ll.689-691).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 9: De velocitate atque pigritia bellatorum (fol.127ra)

Lucanus libro i. **Dum trepidant nullo firmante robore partes: / Tolle moras semper nocuit differre paratis.**

dum trepidant nullo firmatae robore partes, / tolle moras: semper nocuit differre paratis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.12, ll.280-281).

Pars 5, Liber 2, Rubrica 33: De fatigandis seu inquietandis hostibus ante conflictum (fol.133rb)

Lucanus libro primo. **Dum trepidant nullo firmante robore partes. / Tolle moras. semper nocuit differre paratis.**

dum trepidant nullo firmatae robore partes, / tolle moras: semper nocuit differre paratis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.12, ll.280-281).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 1: De aduersitate et prosperitate (fol.137ra)

Lucanus libro i. **Mores rebus cessere secundis.**

namque, ut opes nimias mundo fortuna subacto / intulit et rebus mores cessere secundis /
praedaque et hostiles luxum suasere rapinae, / non auro tectisque modus, mensasque
prios / aspernata fames; cultus gestare decoros / uix nuribus rapuere mares; fecunda
uirorum / paupertas fugitur totoque accersitur orbe / quo gens quaeque perit; tum longos
iungere fines / agrorum, et quondam duro sulcata Camilli / uomere et antiquos Curiorum
passa ligones / longa sub ignotis extendere rura colonis.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.7, ll.160-170).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138va)

Lucanus libro i. circa principium. **Summisque negatum / Stare diu.**¹ **In se magna ruunt.**² / **O faciles dare summa deos: eademque tueri / Difficiles.**³ Libro 4. **Felix qui potuit mundi vitare ruinam.**⁴ Libro 8. **Dedecori est fortuna prior: quisquamne secundis. / Tradere se fatis audet: nisi morte peracta**⁵ / **Mutantur pro spera vite.**⁶

1. inuida fatorum series summisque negatum / stare diu nimioque graues sub pondere lapsus / nec se Roma ferens.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.3, ll.70-72).

2. in se magna ruunt: laetis hunc numina rebus / crescendi posuere modum.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.4, ll.81-82).

3. o facilis dare summa deos eademque tueri / difficilis!

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.22, ll.510-514).

4. felix qui potuit mundi nutante ruina / quo iaceat iam scire loco.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.103, ll.393-394).

5. nisi summa dies cum fine bonorum / adfuit et celeri praeuertit tristia leto, / dedecori est fortuna prior. / quisquamne secundis / tradere se fatis audet nisi morte parata?

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.223, ll.29-32).

6. mutantur prospera uita, / non fit morte miser.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.245, ll.631-632).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 4: De naturali mutabilitate status cuiuscunque (fol.139rb)

Lucanus libro i. circa principium. **Sumisque negatum / Stare diu.**¹ **In se magna ruunt.**²

1. inuida fatorum series summisque negatum / stare diu nimioque graues sub pondere lapsus / nec se Roma ferens.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.3, ll.70-72).

2. in se magna ruunt: laetis hunc numina rebus / crescendi posuere modum.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 1 (A.E. Housman ed., 1958, p.4, ll.81-82).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 8: De miseria et miseris (fol.141vb)

Lucanus libro 3. **Seruat multos fortuna nocentes. / Et tantum miseris irasci numina possunt.**

seruat multos fortuna nocentis / et tantum miseris irasci numina possunt.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.77, ll.448-449).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 2: De vite breuitate et quantitate (fol.143va)

Lucanus libro 4. **Consulite extremis angusto in tempore rebus.**

tum sic attonitam uenturaque fata pauentem / rexit magnanima Vulteius uoce cohortem: /
'libera non ultra parua quam nocte iuuentus, / consulite extremis angusto in tempore
rebus.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 4 (A.E. Housman ed., 1958, p.106, ll.474-477).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 3: De mortis naturalitate (fol.144ra)

Lucanus libro 7. **Capit omnia telus / Que genuit.**

libera fortunae mors est; capit omnia tellus / quae genuit; caelo tegitur qui non habet
urnam.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 7 (A.E. Housman ed., 1958, p.219, ll.818-819).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 4: De certitudine hore mortis et multiplicitate occasionis mortis
(fol.144rb)

Lucanus libro 3. **Mille modis inter leti mors vna timeri est.**

mille modos inter leti mors una timori est / qua coepere mori.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 3 (A.E. Housman ed., 1958, p.86, ll.689-690).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 7: Quid mors non sit metuenda (fol.145ra)

Lucanus libro 8. **Mors vltima pena est. Nec metuenda viris.**

sed tua sors leuior, quoniam mors vltima poena est / nec metuenda uiris.

Marcus Annaeus Lucanus, *Bellum ciuile*, 8 (A.E. Housman ed., 1958, p.236, ll.395-396).